

N. Abbt zu Crems-Münster.

Leonhard Rauber / Marschall.

Erhard von Pohlheim.

Georg Plascher / Prior der Kardauff zu Freyburg in Priß-
gau. (i)

Præterea Johannes ille Geymannius cum Christophoro Domino de Zinzendorff & aliis ex Austriae Inclytis Statibus ad Comitata Imperii Augustana Anno 1525. missus fuit, qui etiam Ecclesiam Parochialem in Trautmannsdorff insignibus beneficiis locupletavit. (k) Christophorus Geymannius Bartholomæi Fratrem gentem propagavit ducta (ceu supra innuimus) Barbara Hohenfeldia, quæ ei Afram Martino de Alpan Anno 1425. junctam, Reginam Wolffgangi Schallenbergii uxorem Anno 1458. Christophorum Barbaræ de Trenbach maritum, & Sibillæ Michaeli de Oberheim copulatæ Anno 1482. Patrem, & Ortholphum peperit. (l) Hic cingulum militare meritis suis consecutus est & Alberto Archi-Duci Austriae à cubiculis (quem Cameraarium vocant) fuit Anno 1461. thorum partivit cum Barbara Meurlin de Leubenbach clara in Austria Superiore familia orta, quæ ei filias tres gnatasque quatuor enixa est. Brigitta Georgii de Wolfframsдорff Equitis Uxor facta Anno 1490. Barbara Sigismundum de Kirchberg maritum habuit An: 1498. Magdalena a Bernhardo Jörger de Tollet & secundis nuptiis à Vincentio de Oberhaimb domum ducta Anno 1514. Margaretha Andreæ Galler Anno 1504. nupsit & Anno 1527. ad plures abiit. (m) Georgius Geymann Canonicum Herbipolensem & Augustanum Anno 1487. & An: 1490. Parochum in Güns, kirchen egit. (n) Tristramus Geymann Anno 1523. obiit, Effertingæ in medio Sacræ ædis Parochialis sepultus. Inscriptio monumenti memorabilis est, in hunc modum concepta. *Hie leynd begraben der Edle/Herz Tristram Geymann zu Galspach / welscher an der leyndigen Plage der gestorben/im M. D. XX. III. Jahr / dem GOTT gnad.* (o) Balthasar Geymann, Catharinam Johannis de Raming filiam in matrimonio habuit, Anno 1500. & ex ea suscepit Ortolphum II. Genovevam, Annam Elisabetham, Dorotheam & Johannem. Ortolphus Jeutam sive Judith Dominam de Rupa An: 1503. sibi copulavit. Genoveva, Martini de Hoheneck Uxor fuit Anno 1526. Anna, Wolffgangi Walich de Prandegg Anno 1549. conjugis nomen tulit. Elisabetha Johannis de Kirchberg thori consors fuit. Dorothea, Wolffgango Jörger in manum venit. Johannes Geymannius

Q

Con-